Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Historische Sammelhandschrift, dt.Text: Beschreibung Jerusalems – Nürnberg, STN, Cent. III, 93

Signatur: Cent. III, 93

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

absque pamfiliis et nabatheis quorum gentes sunt xxviij. Jn ca
pite syrie cappadocia est que habet ab oriente armeniam. ab occa
su asiam. ab aquilone temisterios campos et mare cimericum. a
meridie taurum montem cui subiacet cilicia et ysauria usque ad
ciliciam sinum qui spectat contra insulam cyprum. Asia regio velud
proprie dicam asia minor absque orientali parte qua ad syriam cappa
dociamque progreditur undique circumdata est mari a septentrione ponto
euxino. ab occasu propontide atque hellesponto. a meridie mari nostro
ubi est mons olimpus. Egyptus inferior ab oriente habet syriam
palestinam. ab occasu libiam. a septentrione mare nostrum. a meri
die montem qui appellatur climax. et egyptum superiorem flumi
umque nilum qui de litore incipientis maris rubri videtur emergere
in loco qui dicitur mossilemporium. deinde diu ad occasum profluens
faciensque insulam nomine meroen in medio sui. novissime a sep
tentrione inflexus tempestivis auctus incrementis plana egypti
rigat. Hunc aliqui auctores ferunt haut procul ab athlante
habere fontem et continuo harenis mergi. inde interiecto brevi spa
cio vastissimo lacu exundare atque hinc oceano tenus orientem
versus per ethiopica deserta prolabi rursusque inflexum ad sinistram
ad egyptum descendere. Quod quidem verum est esse huiusmodi flu
vium magnum qui tali ortu talique cursu sit et revera omnia nili
monstra gignit. quem utique prope fontem barbari daram nominant.
ceteri vero accole nuhul vocant. Sed hic in regione gentium que
libio egyptia vocatur haut procul ab illo fluvio quem a litore ma
ris rubri procedere diximus inmenso lacu acceptus absumitur. nisi
forte occultis meatibus in alveum eius qui ab oriente descendit eructatur.
Egiptus superior in orientem per longum extenditur cui est
a septentrione sinus arabicus. a meridie oceanus. Nam ab occasu
ex inferiori egypto incipit ad orientem rubro mari terminatur.
ibi sunt gentes xxiiij. Et quia meridianam partem univer
se asie descripsimus superest ut ab oriente ad septentrionem pars que
restat expediatur. Mons caucasus inter colcos qui sunt super
cimericum mare et inter albanos qui sunt ad mare caspium. pri
mum attollitur. cuius quidem usque ad ultimum orientem unum vi
detur iugum sed multa sunt nomina. et multi hoc ipsum iugum tauri mon
tis accedi volunt. quia revera parcoatras mons armenie inter
taurum et caucasum medius continuare taurum ad caucasum putatur.
Sed hoc ita non esse discernit fluvius eufrates qui de radice
parchoatre montis effusus tendens in meridiem ipsum ad
sinistram taurum excludit ad dexteram. Itaque ipse caucasus inter
colcos et albanos ubi et portas habet mons caucasus dicitur.